

14th Sunday after Pentecost – Mat 6:24

*IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, et alterum diliget: aut unum sustinabit, et alterum contemnet.*

*Non potestis Deo servire et mammoneae. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum?*

Respicite volatilia cœli, quóniam non serunt neque  
metunt neque cóngregant in hórrea: et Pater vester  
coeléstis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis  
illis? Quis autem vestrum cógitans potest adjícere  
ad statúram suam cùbitum unum? Et de  
vestiménto quid solliciti estis? Consideráte lília agri  
quómodo crescunt: non labórant neque nent. Dico  
autem vobis, quóniam nec Sálomon in omni glória  
sua coopér tus est sicut unum ex istis. Si autem  
foenum agri, quod hódie est et cras in clibanum

*mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos módicae  
fidei?*

*Nolite ergo solliciti esse, dicéntes: Quid  
manducábimus aut quid bibémus aut quo  
operiémur? Hæc enim ómnia gentes inquirunt. Scit  
enim Pater vester, quia his ómnibus indigétis.*

*Quaerite ergo primum regnum Dei et justíam ejus:  
et hæc ómnia adjiciéntur vobis.*